

L. ANNÆI SENECAE
OPERA

A

I V S T O L I P S I O

EMENDATA ET SCHOLIIS ILLUSTRATA.

Editio Tertia, atque ab ultimâ LIPSII manu:
Aucta LIBERTI FROMONDI Scholijs ad Quæstiones
Naturales, & Ludum de morte Claudij Cæsaris.



BIBLIOTECA
UNIVERSITATIS
SALAMANICÆ



SENO




CLEANTHES



L. ANNÆI
SENECÆ
 PHILOSOPHI
 OPERA
 QUÆ EXSTANT OMNIA.
 A
 IVSTO LIPSIO
 EMENDATA ET SCHOLIIS ILLUSTRATA.

*Editio tertia atque ab vltima LIPSI manu:
 Aucta LIBERTI PROMONDI Scholijs ad Quaestiones
 Naturales, et Ludum de morte Claudij Cæsaris.*



ANTVERPIÆ
 EX OFFICINA PLANTINIANA
 BALTHASARIS MORETI
 M. DC. XXXII.

Cum Privilegijs Cæsaris et duorum Regum.




VRBANO VIII.

PONTIFICI

OPT. MAX.



ANNÆVM SENECAM, qui à Belgarum quondam doctissimo IVSTO LIPSIO nouâ Commentarij veste indutus, Romam abire iussus est; eamque Sacræ Potestatis infulis adspicere fulgentem, quam crudeli Neronis Imperio flammis viderat conflagrantem; ad Te, BEATISSIME PATER, denuò mitto, attextâ pulcherrimæ vesti laciniâ ornatum: quam cum morbo, quem vltima rerum linea mors excepit, impeditus LIPSIVS assuisse haud potuerit; LIBERTVS FROMONDVS, diuinæ humanæque littera-





L. ANNÆVS SENECA.

INTRODUCTIO LECTORIS.



EDIFICIUM enim vides : via munienda est, vt adeas, & me & Senecam cum fructu legas. Duo dicam : & *Quid à me* hic factum, & *Quid à te* velim : da aurium, siue oculorum leuem operam, discas quæ ex usu sit sciuisse. De me primum, pro copiâ ingenij aut iudicij ista præstitisse. Primum,

Senecæ **CONTEXTVM**, & ipsa verba, quàm emendatissima dedisse : secutum meos aut alienos libros veteres : quos diligenter comparavi ; & iudicio ex iis elegi, aut reieci. Adiumentum mihi in eo à quatuor eruditis viris, qui præiuerunt : Erasmo, Pinciano, Mureto, Grutero. Erasmo, qui primus manum & limam Senecæ admouit : & sæpè vtilem aut expolientem, est fatendum. Neque enim virum celebrem audio optantem, Ne ille vnquam eum attigisset ! Malignum votum est, & ab affectu, non à iudicio emissum. Ego aliter, & veriùs, enuncio : Nisi ille præuenisset, & explanasset ; salcebras & aspera fuisse, ad quæ etiam nunc fortassis adhæreamus. Sed alter ab eo Ferdinandus Pincianus est : vir, vt verbo dicam, germanæ Criticæ exemplar : cui maximam partem sanam Senecam, meo quidem suffragio, transcribas. Bonis in Hispaniâ libris, & benè est vsus : non præceps, non præpes, acutus tamen, & sagacitate ac modestiâ pari. Sed ille in solo textu emendando fuit : sensa non attigit, neque aliter illustrauit. Excepit igitur M. Antonius Muretus, elegantis ingenij & iudicij vir, & adspirauit ad vtramque hanc palmam. Totum Senecam dedit, & aut emendatum à se voluit, aut illustratum. Voluit, causâ duplici vix fecit : & quia labor eum & instantia in talibus (virum nouimus) non sequebatur ; & quia mors assecura est, & filium hoc operis præcidit. Bona tamen & laudabilia multa sunt : vnum non attollas, imò non toleres, quòd fidenter nimis sæpè contra libros rescribit, & Senecam non eorum fide, sed suo sensu, facit loquentem. Ah, apage. & honos sit scriptoribus priscais, & religio etiam scripturæ priscae : à quâ, si cum libuit abimus,

A quid

Epist. lxxviii. *Epist. xlv.* *Epist. cxii.*

*nescio: satis enim aptè dici * Suspirium potest.* Et mox addit: *OMNIA corporis aut incommoda, aut pericula, per me transierunt.* Vide senem, benè exercitatum! qui etiam adolescens *Destillationibus* vexatus fuit, & per eas videbatur ad talem ire. Ipse iterùm: *Vexari te destillationibus crebris ac febriculis, eò molestius mihi est, quia expertus sum hoc genus morbi, quod inter initia contempsi.* Poterat adhuc adolescentia iniurias ferre, & se aduersus morbos contumaciter gerere: deinde succubui, & eò perductus sum, ut ipse destillarem. *Ad summam maciem deductus, sapè impetum cepi abrumpenda vita: patris me indulgentissimi senectus retinuit.* Satis clarè scribit, de macie suâ, & marcore: nec mirum Caligulæ sic à feminâ persuasum. Scribit enim Dio, *cum causam quamdam in Senatu egregiè & feliciter Seneca egisset, liuore suffusus illum Principem, qui solus videri eloquens volebat, cogitasse de Senecâ tollendo: & fecisset, nisi vna è concubinis admonuisset, Frustrâ mortem parari iam morituro: tunc quippe laborare.* Credidit, & saluti ea res Senecæ fuit. Adeò verum est, quod ipse (an huc adspiciens?) scripsit: *Multorum mortem distulit morbus, & saluti illis fuit, videri perire.* Ceterùm corpore sicco & exhausto ad extremum fuit: quid mirum vel à morbis, vel magis à studiis? Et Tacitus etiam tertiam causam adiungit: *Corpus paruo victu tenuatum.* Neque id formosum fuisse, indicare videtur ipse Seneca aibi: *Quod libros meos petis, non magis idèò disertum me puto, quàm formosum, si imaginem meam peteres.* Tangit, non fuisse: & imago quæ à Fulvio quidem Vrino prodita est, vix præfert dignum illo animo vultum. Est ista:



Epist. cxv. *Lib. iii. cap. vii.* *Epist. cxii.*

Ceterùm, corpus etsi tenue, firmabat exercitiis durioribus: & cultu agri, & fossione vinearum: cuius meminit in Epistolâ quâdam, & *Quæstionibus Naturalibus*: vbi *diligentem vinearum fossorem* se appellat: itemque vniuersè hortorum, quod *artificium etiam suum* dicit.

L. ANNÆI SENECAE DE IRA AD NOVATVM LIBER PRIMVS.

ARGVMENTVM ET ORDO.

LIBRI De Irâ scripti inter Philosophia primos videntur, certè inter eos quos habemus. Suspicamur ex verbis Seneca, lib. III. cap. XVIII. Modò C. Cæsar Sex. Papinium, cui pater erat consularis, Belienum Bassum Quaestorem suum, flagellis occidit. Ait, modò: iam nunc recenti factò. Imò ipso Caligulâ viuo, è Cap. sequenti: Quod tanto opere admiratis, isti belluæ cotidianum est: ad hoc vivit, ad hoc vigilat, ad hoc lucubrat. Sanè hæc omnia de homine qui est, non qui fuit. Scripsi tunc igitur: sed non edidit (melior illi mens) etsi statim, opinor, ab eius morte.

Argumentum est, quod titulus præfert, De Irâ nascendâ, & deinde fugiendâ. Primus liber habet itaque descriptionem eius, & sædum habitum iratorum ac faciem, tum definitiones, tum questiones, An in solum hominem cadat? asserit. An secundum naturam sit? negat, cum Stoicis. An utilis sit, præsertim temperatâ: id quoque negat, & contra Peripateticos variè disputat. non acui animum ab eâ aut robur: ne malis quidem irascendum esse, nec in cede patris, raptis matris: tuendum tamen, & vindicandum. Denique non magni, sed imbecillis animi hanc notam esse. Libri in partibus pulchris & eminentes sunt, in toto parùm distineti, & repetitionibus aut digestionibus confusi.


CAPVT PRIMVM.

REGISTI à me, Nouate, vt scriberem quemadmodum possit ira leniri: nec immeritò mihi videris hunc præcipuè affectum pertinuisse, maximè ex omnibus tetrum ac rabidum. Ceteris enim aliquid quieti placidique inest; hic totus concitatus, & in impetu doloris est: armorum, sanguinis, suppliciorum, minimè humanâ seruens cupiditate: dum alteri noceat, sui negligens; in ipsa inueniens tela, & vltionis secum multa tracturæ avidus. Quidam itaque è sapientibus vitis iram dicunt breuem insaniam. æquè enim impotens sui est, decoris oblita, necessitudinum immemor, in quod accipit pertinax & intentâ, rationi consiliisque præclusa, vanis agitata causis, ad disceptum æqui vetique inhabilis, ruinis simillima, quæ super id quod oppræsere, frangantur. Vt autem scias non esse sanos, quos ira possedit, ipsam illorum

COMMENTARIVS.

CAP. I. NOVATE. Inter eius fuit, qui postea Iunius Galio per adoptionem. Et hoc quoque argumentum aliquod naturæ scriptoris.
2. FERVENS. Scripsi, ferens.
3. MELIOR VITIS. Mores hoc est, nec spernam, nisi vitis vite inserta scribant: multam rem tractare, ex quo vitis: secum vltima verum tractu-

re, ipsam mortem, suam vel alienam.
4. BREVIEM INSANI.] Desinit ita Themistius, ἐγγύς μάλιστα ἐλάττω πόρος. Cato Priscus eâ mente, iratum ad insanam non, nisi tempore, distare. Philemon poeta: Μανθάνει τὸν ἄνθρωπον, δὲ τὸν ἀνὴρ ἐπιλήθιος ἐστίν.
Insania omnes nos habet, cum irascimur.
Quid aliud Græci? ἰσχυροῦς τὸ ἀδύνατον, ἡσυχία τὸ ἄσυχον.
Ita forem, insaniam esse.



ANTVERPIÆ,
EX OFFICINA PLANTINIANA
BALTHASARIS MORETI.
M. DC. XXXII.

BIBLIOTECA
UNIVERSITATIS
SALAMANCAE



EX OFE
BAL

ADRIANUS
ALPHONSE
MONTAIGNE